

172. POPULI METUUNT et istud satis patuit in rege Theodorico  
 173. qui obtenta 174. licencia subiugandi Hesperiam tandem crescentibus  
 uiribus potencior factus est imperatore Romano cui innumeri  
 175. populi subduntur. Deinde cum dicit (42) O IAM MISERAS rogat  
 deum ut ea lege regat homines qua regit celum dicens (43) O  
 QUISQUIS supple es tu deus QUI NECTIS OMNIA FEDERA RERUM  
 RESPICE MISERAS TERRAS id est homines habitantes in terra quia  
 scilicet nos (45) HOMINES NON PARS VILIS immo ualde nobilis pars  
 OPERIS TANTI id est mundi QUATIMUR FORTUNE SALO id est mari.  
 Fortuna mari comparatur quia sicut undis iactatur nauis nunc in  
 altum nunc in profundum sic homo per Fortunam nunc in prosperitatem  
 nunc in aduersitatem. O RECTOR (46) COMPRI<sup>176.</sup>ME RAPIDOS FLUCTUS  
 id est irrationabiles impetus Fortune et (48) FIRMA STABILES  
 177. TERRAS id est homines stabilitos in terris EO FEDERE id est  
 eo ordine prouidencie QUO CELUM IMMENSUM REGIS.

[I p 5]

HEC UBI CONTINUATO prosa quinta in qua super hisque dicta  
 sunt a Boecio ponitur philosophica discussio. Et circa hoc duo

---

172 populi RP propri J pp' O / 173 theodorico RPO th'o'do<sup>co</sup> J /  
 174 oppenta J / 175 populi RP propri J pp' O / 176 rapidos RPO  
 rabidos J / 177 stabilitos RPO stabiles J /

facit. Primo ostendit quomodo audita querimonia<sup>1</sup> Boecii  
 Philosophia se habuit, secundo quomodo querimoniam<sup>2</sup> Boecii  
 discussit ibi (2) CUM TE, INQUIT. Dicit ergo HEC UBI id est  
 postquam CONTINUATO quia nondum aliquo remedio interrumpebatur  
 DOLORE DELATRAVI id est contra rationem locutus sum<sup>3</sup> ILLA NICHIL  
 MOTA MEIS QUESTIBUS quia irrationabilibus. Non enim<sup>4</sup> est sapientis  
 moueri hiis que contra rationem dicuntur ab insipiente<sup>5</sup> sed magis  
 talem instruere et consolari, inquit. Deinde cum dicit (2) CUM  
 TE, discutit querimoniam<sup>6</sup> Boecii. Et circa hoc tria facit.  
 Primo enim ostendit quid de sua indisposicione per istam querimoniam<sup>7</sup>  
 cognouit; secundo quedam irrationabiliter dicta perimpendit ibi  
 (20) ITAQUE NON TAM. Tercio modum remedii adhibendi concludit  
 ibi (25) ET TU QUIDEM. Dicit ergo (2) CUM TE MESTUM scilicet  
 animo LACRIMANTEMQUE VIDISSEM ILLICO id est statim MISERUM<sup>8</sup> miser  
 enim est cuius animus mutacionem temporalium sequitur scilicet  
 ut aduersitate deprimatur et prosperitate extollatur (4) EXULEMQUE  
 COGNOVI exul est homo qui extra natale solum et connaturalem  
 regionem inuitus uitam<sup>9</sup> agit. Et quia homini, in quantum  
 rationalis est, connaturale est manere intra<sup>10</sup> terminos rationis,

-----  
 1 queremonia J / 2 queremoniam J / 3 sum JP fui RO / 4 est om. O /

5 insipiente RPO incipiente J / 6 queremoniam J / 7 queremoniam J /

8 9 uitam R om. PJMO / 10 intra R infra PPeJMDO /

8 scilicet om. O /

<sup>11</sup> ideo quando aliquis exit terminos rationis quodam modo exul  
 dici potest. Et sic loquitur hic Philosophia et istud  
 exilium perpendit Philosophia ex lacrimis eius, quia si  
 tenuisset se intra <sup>12</sup> limites rationis non ita de temporali  
 aduersitate doluisset. Sed quia, licet turbacio rationis  
 perpendatur ex dolore, non tamen quantitas turbacionis nisi ex  
 dolentis sermone, ideo subiungit SED NESCIEBAM QUAM LONGINQUUM  
 ID ESSET NISI ORACIO TUA PRODIDISSET, sed, ne Boecius propter  
 talem indisposicionem in desperacionem <sup>13</sup> laberetur, statim  
 consolando subiungit (6) SED TU QUOQUE <sup>14</sup> PROCUL A PATRIA id  
 est a limite rationis NON QUIDEM PULSUS ES quasi diceret quamuis  
 procul sis a patria tamen <sup>15</sup> non est desperandum de reditu quia  
 non es pulsus ab aliquo qui te extra patriam uiolenter detineat  
 (7) SED ABERRASTI scilicet per te ipsum et ita per te ipsum  
 redire tibi licet si directus aliqualiter <sup>16</sup> fueris. Nota quod  
 PULSUS importat quandam uiolenciam et coaccionem; coaccio autem  
 excludit facultatem et ideo pelli non potest <sup>17</sup> extra terminos

---

-----  
 || ideo quando aliquis exit terminos rationis O om. J quodam modo  
 excluditur qui non cohibetur huius terminis id est dictamine  
 rationis R ideo quando extra limites rationis est PPe ideo quando  
 . . . rationis om. MD / <sup>12</sup> intra R infra PJO / <sup>13</sup> disperacionem J,  
<sup>14</sup> quoque RPO quam J / <sup>15</sup> tamen J / <sup>16</sup> aliqualiter RPO  
 aliter J / <sup>17</sup> potest RPO potest quis J /

recte rationis quamdiu remanet in eo facultas sequendi iudicium  
 recte rationis. Et<sup>18</sup> quia in tantum habet aliquis facultatem  
 sequendi iudicium rationis<sup>18-5</sup> in quantum informatus est cognitione  
 principiorum, ideo<sup>19</sup> nullus pelli potest extra terminos rationis  
 quamdiu manet cognitio principiorum qualis erat in Boecio, sicut  
 patet ex quibusdam dictis supra et amplius patebit ex hiis que  
 dicentur infra prosa sexta. Talis tamen aberrare potest in  
 quantum ex principiis cognitis<sup>20</sup> potest aliqua male deducere et  
 quia male deducens putat se tali deducione necessitari et pelli,  
 cum tamen hoc non sit uerum, ideo subiungit (7) AT pro sed SI TE  
 PULSUM EXISTIMARE MAVIS id est si mauis stare in hac falsa  
 existimacione propter malam deducionem tuam, scilicet quod  
 pulsus sis extra terminos rationis, quam mihi credere dicenti  
 quod ABERRASTI<sup>21</sup> TE POCIUS IPSUM<sup>U</sup> PEPULISTI quia non alieno impetu  
 sed proprio defectu terminos rationis exiisti. (8) NAM ID  
 scilicet pellere te a patria QUIDEM DE TE NUMQUAM CUIQUAM FAS  
 FUISSET. Et hoc probatur dupliciter: primo ex condicione<sup>22</sup>  
 principis patriam regentis, ubi aduertendum quod in ciuitatibus<sup>23</sup>  
 terrenis ubi plures principantur simul uel successione contingit

-----  
 18 Et quia in tantum . . . iudicium rationis J (rationis iudicium) R  
 om. PO / 19 ideo R et ideo PJO / 20 cognitio JR congruis PO /  
 21 abarrasti J / 23 ciuitatibus RPO ciuibus J /

22 probat Q /

principes quandoque machinari in depulsionem ciuium eo quod  
 eorum depulsione aut principatum<sup>25</sup> se estimant facilius  
 acquirere uel acquisitum diucius optinere uel eciam in obtento  
 singularius preeminere.<sup>26</sup> Sed non sic de patria Boecii, per  
 quam mansionem infra terminos rationis intelligimus. In hac  
 enim est tantum unus princeps, scilicet Deus, qui est principium  
 et regula recte rationis, unde et unusquisque in terra uiuit<sup>27</sup><sup>u</sup>  
 secundum rectam rationem in quantum subicitur legi et regule  
 diuine. Et quia in quantum quis uiuit secundum rectam rationem  
 in tantum manet in patria et ciuitate propria cuius Deus est  
 princeps, patet quod<sup>29</sup> in tantum quis manet in patria in quantum  
 subicitur Deo. Et quia princeps in subiectione suorum delectatur,  
 patet quod Deus delectatur in multitudine ciuium et non in  
 depulsione, quia<sup>30</sup> depelli non potest nisi rebellando Deo et  
 recedendo a ratione: nullus autem princeps delectatur in  
 rebellione<sup>30</sup> ciuium. Et quia in tantum quisque liber est in  
 quantum inest ei facultas operandi secundum rationem, in tantum  
 autem quisque subicitur Deo in quantum operatur secundum rationem,

---

24 machinari quandoque O / 25 aut principatum RPO dominacionem aut principatum J/  
 26 preuenire O / 27 tantum O / 28 et ciuitate in patria om. P/  
 29 patet quod RO quod patet J / 30 quia depelli . . . rebellione O (re-  
 cedendo] reducendo; autem] enim) R (a rebellione)P /

manifestum est quod summe libertatis est quod homo diuine legi  
 subiciatur. Et hoc est quod dicit hic Philosophia (9) SI ENIM  
 REMINISCARE CUIUS PATRIA<sup>32</sup> quia illius cuius habitacio est manere  
 infra terminos rationis ORIUNDUS SIS oriundus dicitur de hac  
 patria in quantum in ortu suo animam intellectiuam accepit<sup>33</sup> cui  
 naturale est operari secundum dictamen rationis (10) NON supple  
 illius QUE REGITUR IMPERIO MULTITUDINIS UTI scilicet patria  
 ATHENIENSIVM quia secundum Eusebium in Cronicis regnum  
 Atheniensium primo gubernabant reges secundum tempus uite sue  
 successiue, postea uero constituti sunt principes qui decennalem  
 agebant magistratum, tandem uero facti sunt principes annui<sup>34</sup> ita  
 quod nouem electi annuo imperio ciuitatem regebant (11) SED  
 supple patrie tue cuius oriundus es (12) EST UNUS DOMINATOR ET  
 UNUS REX. Ista sententia in ueracioribus et antiquioribus libris  
 in<sup>35</sup> uerbis Grecis ponitur QUI FREQUENCIA CIVIVM NON DEPULSIONE  
 LETATUR; (13) CUIUS AGI id est duci FRENIS id est preceptis  
 prohibitiuis ATQUE OBTEMPERARE IUSTICIE scilicet secundum precepta  
 affirmatiua (14) SUMMA LIBERTAS EST. Huius ratio patet ex dictis  
 secundo ibi (15) AN IGNORAS. Probat idem ex statuto legis.  
 Continuacio: bene<sup>36</sup> dixi quia nulli licet depellere te a patria et<sup>37</sup>

-----  
 33 accepit RPO accipit J / 34 annui RO anni (?) J ciuium (?) P /  
 35 in RPO et J / 36 bene R unde JO om. P / 37 et ROD aut J om. P /

31 est om. 0 / 32 pa-  
 tria 0 /

ciuitate tua quia hoc esset contra legem ciuitatis tue. Unde  
 dicit AN IGNORAS ILLAM LEGEM ANTIQUISSIMAM scilicet quia a  
 principio condicionis eius datam CIVITATIS TUE QUA SANCITUM  
 EST id est stabilitum EI IUS EXULARE NON ESSE QUISQUIS IN  
 EA SEDEM FUNDARE MALUERIT ? Dicitur quod Romulus fundata  
 ciuitate Romana, ut eam populosiore redderet, istam legem  
 statuit, que utique lex quantum ad ciuitatem spiritualem  
 uel patriam de qua supra locutus est maiorem uigorem habet,  
 quia ab hac ciuitate nullus exulat nisi per affectionem  
 temporalium exeundo terminos rationis. Talis autem affectio  
 est uoluntaria et ideo sola uoluntate quis ab hac ciuitate  
 exulat et quia talis affectio non potest occupare hominem quamdiu  
 infra terminos rationis se tenet, ideo dicit (17) NAM QUI VALLO  
 EIUS AC MUNIMINE uallum et munimen huius ciuitatis dicitur lex  
 imposita affectioni hominis secundum dictamen rationis CONTINETUR,  
 NULLUS METUS EST NE EXUL ESSE MEREATUR. AT pro sed QUISQUIS  
 EAM DESIERIT UELLE INHABITARE exeundo legem rationis affectione  
 nimia temporalium (20) PARITER DESINET ECIAM MERERI scilicet esse  
 illius ciuitatis. Deinde cum dicit (20) ITAQUE NON TAM quedam

38 scilicet racione qui O / 39 sancitum JP sanxitum RD sanctit' O /  
 40 stabilitur J / 41 ei ius D ei R eius PJO / 42 utique lex que J / 43 af-  
 fectus J / 44 potest potest O / 45 ne / PeO ut ne R nec D ut J /  
 46 esse ciuis O / 47 tam RPPeD tam etc. JO /

a Boecio irrationabiliter dicta reprehendit. Boecius enim supra conquerendo de statu suo sola planxit incommoda<sup>49</sup> corporalia spiritualem animi sui deiectionem<sup>48</sup> non curans unde contra hoc Philosophia solam animi deiectionem<sup>48</sup> plangit et corporalia incommoda paruipendit. Unde quasi respondens ad illud quod Boecius supra prosa quarta plangendo quesivit (20) NICHILNE TE IPSA FACIES LOCI MOVET ? dicit ITAQUE NON TAM ME LOCI HUIUS scilicet in quo corporaliter exulas QUAM TUA FACIES MOVET quasi diceret multo plus moueor pro deiectione animi tui qui michi per faciem tuam innotescit quam pro loco isto in quo corporaliter existis. Homo enim fortis animo indifferenter omni loco utitur pro patria. Unde Ovidius de Fastis libro primo: <sup>2</sup>

Omne solum forti patria est ut piscibus equor.

Et similiter<sup>50</sup> quia supra conquestus est de carencia bibliotece et librorum istam carenciam quasi paruipendens respondet (21) NEC REQUIRO POCIUS PARIETES BIBLIOTECES quid sit biblioteca patet supra prosa quarta COMPTOS id est ornatos EBORE ET VITRO<sup>51</sup> QUAM SEDEM id est quietem tue mentis IN QUA COLLOCAUI NON LIBROS qui ponuntur in biblioteca SED ID QUOD LIBRIS PRECIUM<sup>52</sup> FACIT scilicet sentencias LIBRORUM QUONDAM MEORUM unde rationabilius esset

a. I 493

48 non cursus . . . deiectionem om. P / <sup>47</sup> hoc RO huiusmodi J / 50 sic J / <sup>51</sup> iu-  
tro J / 52 protitum (?) J /



plangere quod istas sententias per obliuionem perdididsti et ab eis per dolorem recessisti quam quod libris uel biblioteca careas cum illa non nisi propter has ualeant. Deinde cum dicit (25) ET TU QUIDEM modum remediandi concludit ostendens <sup>53</sup> quod quia uehemencia passionum turbatus erat nondum aptus erat ad recipiendum remedia forciora sed oportuit primo adhibere leniora. Et circa <sup>54</sup> hoc duo facit. Primo enim sub breuitate recolligit ea per que eum sic turbatum ostendit. Secundo ex hoc modum remediandi concludit ibi (38) SED QUONIAM PLURIMUS. Breuiter ergo occasiones sue perturbacionis recolligendo dicit (25) ET TU QUIDEM DE TUIS MERITIS IN COMMUNE BONUM VERA QUIDEM SED PRO MULTITUDINE GESTORUM TIBI id est a te PAUCA DIXISTI. DE OBIECTORUM TIBI VEL HONESTATE <sup>55</sup> puta quod uoluit salutem senatus VEL FALSITATE puta de impedimento delatoris et compositione litterarum de quibus diffuse dictum est supra prosa quarta CUNCTIS NOTA MEMORASTI. (28) DE FRAUDIBUS SCELERIBUSQUE DELATORUM id est accusatorum tuorum TU <sup>56</sup> QUIDEM STRICTIM ATTINGENDUM id est breuiter transeundum PUTASTI supple et bene: non enim oportuit in talibus immorari que omnibus nota sunt cuius modi ista sunt. <sup>57</sup> Unde subdit (30) QUOD EA MELIUS UBERIUSQUE VULGI <sup>58</sup> ORE CELEBRENTUR.

---

53 quod on. O / 54 contra J / 55 hominstate J / 56 recte (supra scr.) tu J /  
 57 scilicet illa O / 58 uulgi PO uulgo R recognoscentis omnia ante uulgi  
supra scr. J /

(32) INCREPUISTI ECIAM VEHEMENTER INIUSTI FACTUM SENATUS supple  
 et merito (33) AC DE NOSTRI CRIMINATIONE DOLUISTI quia occasione  
 mei imposuerunt tibi sacrilegium LESE QUOQUE OPINIONIS id est <sup>59</sup>  
 fame tue DAMPNA FLEVISTI et hec omnia tibi occasiones perturbacionis  
 erant et doloris. (34) POSTREMUS <sup>60</sup> DOLOR supple tuus INCANDUIT  
 id est uehementer aduersus Fortunam exarsit CONQUESTUSQUE supple  
 es PREMIA EQUA MERITIS NON PENSARI id est reddi uel recompensari.  
 (36) POSUISTI QUOQUE VOTA IN EXTREMO MUSE SEUIENTIS id est <sup>61</sup>  
 irrationabiliter contra Deum loquentis UTI PAX QUE supple regit  
 CELUM TERRAM REGERET. <sup>62</sup> Et hec signa sunt uehementis perturbacionis.  
 Deinde cum dicit (38) SED QUONIAM PLURIMUS ex hac uehementi  
 perturbacione modum remediandi concludit. Et circa hoc duo facit.  
 Primo enim quod dictum est concludit. Secundo ad eius confirmacionem  
 quedam exempla adducit metro sexto ibi CUM PHEBI. Dicit ergo  
 (38) SED QUONIAM PLURIMUS <sup>63</sup> TUMULTUS AFFECTUUM INCUBUIT ut patet  
 ex dictis DIUERSUMQUE id est ad diuersa <sup>64</sup> TE DISTRAHUNT DOLOR  
 IRA MEROR <sup>65</sup> quia dolor trahit ad desperationem, ira accendit <sup>66</sup>  
 ad vindictam, meror inducit tocius mentis aggrauacionem (40) UTI  
 NUNC MENTIS ES NONDUM TE VALIDIORA REMEDIA CONTINGUNT (41) ITAQUE <sup>67</sup>

59 turbacionis O / 60 p(r)oit(r)emus J / 61 regebit J / 62 terra O /

63 plurimus tibi J / 64 ad diuersa P a diuersa Raduersa JO /

65 merorque O / 66 accendit RP accedit O ascendit J / 67 ita O /

68 accendit RP accedit O ascendit J /

68 PAULISPER UTEMUR LEUIORIBUS scilicet remediis UT EA QUE IN  
 TUMOREM scilicet inflacionem<sup>69</sup> animi INDURUERUNT<sup>70</sup> INFLUENTIBUS  
 PERTURBACIONIBUS predictis MOLLESCANT<sup>71</sup> TACTU BLANDIORE id est  
 suauiore AD RECIPIENDAM VIM ACRIORIS MEDICAMINIS.

[I m 6]

CUM PHEBI metrum sextum quod dicitur Gliconium ab inuentore  
 coriambicum<sup>1</sup> a pede dominante. Constat enim hoc metrum primo  
 pede spondeo secundo coriambo qui est pes tetrasyllabus<sup>3</sup> constans  
 prima et ultima longa et duabus mediis breuibus tercio pirrichio  
 qui est pes dissyllabus constans duabus breuibus. Loco huius  
 autem aliquando recipit iambum propter indifferenciam ultime  
 sillabe. Quia igitur<sup>4</sup> Philosophia dixerat quod Boecio nondum  
 ualarent remedia forciora, hoc confirmat hic dicens per exempla  
 quod omnia requirunt determinatum tempus ita quod si extra<sup>5</sup>  
 tempus suum fiant non prosperantur. Et a simili si darentur  
 Boecio ualida remedia tempore non suo, non haberent bonum exitum.

-----  
 68 utemur RPO utimur J / 69 inflacionem JR inflammacionem PO /  
 70 induruerunt RO induerunt J induxerunt P / 71 mollescant PO(?)R  
 molestant J /

2 constans O /

1 coriambicum RPO coriambicum J / 3 tetrasyllabus PO om. R  
 tetrasyllabis J / 4 igitur RPO ergo J / 5 extra quod  
 si extra O /